Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mundata. Si enim sanguis
hircorum et thaurorum et cinis
vitulae aspersus inquinatos sanc-
tificat ad emundationem car-
nis. quanto magis sanguis
xpi qui per spiritum sanctum semetip-
sum obtulit immaculatum
deo. emundabit conscientias no-
stras ab operibus mortuis ad
seruiendum deo viuenti. Et
ideo noui testamenti mediator est: ut morte interuenente
in redemptionem earum praeuaricationum quae erant sub prio-
ri testamento repromissionem
accipiant qui vocati sunt
aeternae hereditatis in xpo
ihu dno nro. GR. Exurge me
dne de inimicis meis doce me facere
voluntatem tuam V. Liberator meus
dne de gentibus iracundis ab in-
surgentibus in me exaltabis me
a viro iniquo eripies me Tr. Sepe
expugnauerunt me a iuuentute mea.
V. Dicant nunc israel sepe expugnauerunt
me a iuuentute mea V. Etenim non
potuerunt mihi supplantare fabricaue-
runt peccatores V. Prolongauerunt iniqui-
tates suas dns iustus cadet cervices
peccatorum. Sdm. Johannem
In illo tpe. Dicebat iudeis tur-
bis iudaeorum et principibus sa-
cerdotum. Quis ex vobis argu-
et me de peccato. Si veritatem
dico: quare vos non creditis mi.
Qui est ex deo: verba dei au-
dit. Propterea vos non audi-
tis: qr ex deo non estis. Respondentes
ergo iudei: et dixerunt ei. Nonne
bene dicimus nos qr samari-
tanus es tu. et demonium habes.
Respondit iesus. Ego demonium non
habeo: sed honorifico patrem
meum. et vos inhonoratis me.
Ego autem non quero gloriam meam:
est qui querat et iudicet. Amen
amen dico vobis: si quis sermonem
meum seruauerit mortem non
gustabit in eternum. Dixerunt
ergo iudei. Nunc cognouimus
qr demonium habes. Abra-
ham mortuus est et prophete:
et tu dicis si quis sermonem meum
seruauerit. mortem non gusta-
bit in eternum. Numquid tu ma-
ior es patre nro abraham qui mor-
tuus est: Et prophete mortui sunt.
Quem teipsum facis. Respondit iesus.
Si ego glorifico meipsum: gloria
mea nihil est. Est pr meus
qui glorificat me: quem vos dici-
tis qr deus vr est. et non cognouis-
tis eum. ego autem noui eum. Et si
dixero qr non scio eum: ero similis
vobis mendax. Sed scio eum: et
sermonem eius seruo. Abraham
pr vr exultauit ut videret diem
meum: vidit et gauisus est. di-
xerunt ergo iudei ad eum. Quinqua-
ginta annos nondum habes. et